terre ne peccamus. » Sanctus Damascenus, lib. 1, cap. 14: « Per iram, inquit, et indignationem Dei intelligimus voluntatem ipsius odio vitii flagrantem, illudque aversantem; nam et nos ea que cum voluntate nostri pugnant odio habentes, iram pro-rumpimus. » Eodem sensu Chrysologus, sermones 45: « Ira, inquit, Dei est delinquentum poena; furor Dei est supplicium peccatorum. » Sed hæc, ut bene notat Pineda noster, ira divina significatio neque in Jobum, neque in hunc locum quadrat, cum innocentius patiatur; non enim impium quid gesit in opere, sed neque peccavit labis suis, ut Deus ipse testatus est. Melius ergo alii per iram Dei aut furorem ira intelligent cruciatum, dolorem aut aliam plagam molestissimam à Deo irrogatam, qualcum scilicet inferre solet iratus homo; ut sit aliquando loquendi modus, quicquidam tropica istiusmodi locutiones sapienter explicat Nazianzenus per antistropham, id est, conversionem corum quae in nobis sunt ad Deum relatorum, dum in Iambicus sic ait:

Antistropham fac cogites, et totum habes.
Nam bille quoniam concili aliquem cadiamus,

Iram proinde cum ferit damus Deo :

Sic viam et aures, sic manus hinc fiximus,

Dantes supremo Numini huc quibus utinam.

Et sic me habuit quasi hostem sum. Modus est latenter similius isti quem Jeremias in Threnis exprompsit: *Teledit arcum suum quasi inimicus, firmaverat dexteram suam quasi hostis*. Cujusmodi sermo graviter afflictorum proprius est, cum tamen se adeo amari in animum inducent suum, ipsaque armillas in bonum ac prefectum suum directas existimant. Quapropter Joannes à Jesu María parvorum sit veris Dei cultoribus acerbè vexatis, si, dum recrudescit dolor, hujusmodi querimonis utantur.

VERS. 12. — SIMUL VENERANT LATRONES EIUS, ET FECERUNT SIBI VIAM PER ME, ET OBSERVERUNT IN GYRO TABERNACULUM MEUM. (1) Hic explicat, quoniamò se Deus in hoc congressu gesserit ut hostis; nam et copias conscripsit armarique, quas in Jobum inverxerat, et ab illo omnes eas commoditates et subsidia submovebat, quibus arcere posset aut impetum hostilem sustinere. Latrones autem olim milites dicebantur, ut Varro sit, lib. 6 de Lingua Latina, à latere sic dicit,

(1) Exhibetur hic Dominus eum princeps, copias suas in hostem mittens. Fuis agmina in me ruerunt, hereditatem meam vastarunt, et undique me clausum obseruant. Dei agmina ipsa sunt militis, quae Jobum ordine invaserunt. Hebreus: *Similiter venerant turmas latronum ejus, et straverunt super hereditatem meam viam regiam*; vel straverunt super me viam suam; aggrem, ferè diecam, super me strixerunt, ut commode transirent. *Et castrometati sunt in circuitu tabernaculi mei*. Nomen latronum hic nihil invidiosum habet; sonat enim militis, pro prisca veterum consuetudine, que fuisse seu direptionem torcularum ac gregum haliebat minima nefaria inter populos nullo federe conjunctos; atque ita sese bello etiam non indecio lassessabant. Hoc sensu per appellari injuriosum non erat. Furandi artem Mercurium docuisse, pagani narrant. Autolycus laudat Homerum ex nomine quidq; fur esset eximus, cui Mercurius artis illius manus dederit. (Calmet.)

quia circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea à stipatione stipatores appellarent; hinc ad quosvis etiam alios milites significantes eadem vox adhibuit est, ut Servius notat in lib. 12 Aeneidos, non procul ab initio: *Latrones eos dicebant, qui conducti militabant, ann̄o r̄i x̄z̄p̄z̄*, quorum merces x̄z̄p̄z̄ dicitur. Ex Hebreos autem hoc loco etiam veri potest exercitus aut agmen, scilicet tribulationum et dolorum, vel, ut Septuaginta vertunt, tentacionum, vel, ut Gregorius exponit, demonum, vel proprii Chaldeorum latronum, de quibus cap. 1, vers. 17, actum est. Illud autem: *Fecerunt sibi viam per me, referri viatut ad militarem Ienitiam*, quando scilicet milites invadunt alienas regiones, et dirutis praeditorum hortorumve muris ad sepiibus, viam sibi faciunt per loca olim clausa et culta, omnemque amencantem ac letitiam demoluntur. Vel fortè usitatim erat inter Idumaeos, quod fecit olim Ioseph cum regibus a se dominis, in quorum cerviebus justus ut ponebat pedes exercitus vicerat; que summa erat miserorum ignominia et acerbis dolor. Sic in libro Ioseph habetur, cap. 10, 24: *Cumque educi essent (nempe quinque reges) ad eum, vocavit omnes viros Israel, et ait ad principes exercitus qui secum erant: Ita, et ponite pedes super colla regum istorum.* Aliud quid duris fecisse dicitur David, ut super hostes viatos transirent tribule, et trahere et ferrare carpente. Hoc verò nū aliud est, quam facere en hostibus viam, quam calcarent et hostium pedes et plastrorum rotæ. Neque aliud patiuntur vite, que viatorum calcantur pedibus, et carpentorum rotis conteruntur.

Hanc explicationem confirmat Isaías, ubi talen minorum Idumaeorum populo qualem vicum ab hoste posteriori subire cogitur ignominiam. Jubit enim vitor et barbars inimicus Iudeis, ut scipios sternant humi, ut quemadmodum per viam, sic ille per Iudeorum strata et incurvata corpora transiret: *Et dixerunt (scilicet hostes) anima tue: Incure, ut transcamus; et posuisti ut terram corpus tuum et quasi viam transuenientis.* Quoniam expposito est Sancti nostri, mithique præ ceteris placet, cum hic allegoricus sit sermo, et à re militari translatum. Quod autem est: *Et obcederunt in gyro tabernaculum meum,* nonnulli putant esse *terras ap̄p̄z̄*. Nam prius est obcedi civitatem aut tabernaculum, quam viatum aut obcessum hominem ab hoste conculeari. Sed bene ibidem notat Sanctius noster sic etiam accipi posse, ut hoc modo conculeari dicatur obcessum tabernaculum et præclusa via, ut illi nullus pateat ad libertatem seu fortunam meliorem aditus. Quod lamentabatur Jeremias in Threnis, cap. 3, 5: *Edificauit in gyro meo, et circumedit me felle et labore.* Quod item paulo ante significavit Jobus, versiculi octavo: *Semitam meam circumsepsit, etc.* Atque haecen quidem exposuit Jobus, que furiunt hostiles et adversari machinationes; deinceps verò removet illa quæ, in hoc loco, longo difficultate congressu subsidio

illi esse debuissent, fratres videlicet, amicos, domesticos, quoque aut generis communio sociarāt, aut de quibus ipse prius humanissimè ac liberalissimè meritus fuerat; unde subdit:

Vers. 15. — *FRATRES MEOS LONGE FECIT A ME, ET NOTI MEI QUASI ALIENI RECESERUNT A ME.* — Vers. 14. — *DERELICUERUNT (1) ME PROPINQUI MEI: ET QUI ME NOVERANT OBLITI SUNT MEI.* In hoc etiam Job Christi à discipulis derelicti typum gessit. Optimè autem hominum ingenium ob oculos ponit, et quā ratione mortales amicitiam et benevolentiam, quam frequentur usurpant, et de quā gloriari solent, inter se colant, ut discubant at hominibus spes nostras abducere; et in Deo solo collocare, monente pietatis Jerem. 17, 5: *Malitius homo qui confudit in homine, etc.* Cui consentient Davidis illud effatum: *spiritu principi haustum, Psal. 39, 15: Quia vanus salus hominis.* Homo enim sapè in officio et amicitia languet, et obliviscitur, et contemnit, spemque frustratur; et quod nullus nequit, et querit potius sua quām aliorum commoda, vanus est, vanitasque ipsa; denique facili emoritur. Unde fatui omnino qui confidunt in hominem, cum nemo sibi certa promittit de aliena voluntate possit. Et immuneris propè exemplis doceatur in fundo invenimus, quisquis aliena voluntati iniurit, cum nulla proprie arundo tam variis agitetur ventis, quām hominis animus omnī flexibilior arundine; è minimā causa ex amore exsurgit in odio, ino è nulla causa, è beneficio manu in ferrum et sanguinem. Quid? Quod plures ferē viros magnos consanguine magis quām extero cedidisse ferro repertas, ut nec fratri negue adeo conjugi fiduci possit.

Hanc humanæ vitæ labem cum propheta pī animo adverterent, studuerunt monitis suis omnes in officio continere, et siutiam in hominibus fiduciam amitteri. Creber est in eis re vates Regius, et aliquando verò negat generatim spem in homine colloquandam, aliquando nominat discreti principes, in quibus plus periculi videbatur, Psal. 143, 3: *Nolite confidere in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus.* Per principes intelligit, ut Septuaginta vertunt, *z̄z̄p̄z̄z̄*, omnes dignitate et auctoritate precelentes, reges, duces, prefectos, magistratus, quique ius in alio obtinunt. Ad hujusmodi homines, qui inferioris sunt note, facile adhaescunt, eos vererunt, eos colunt ob potentiam, decū, opes, et gratiam et iustitiam potestatem; et Dei oblitii et amabilissimæ pro-

(1) *Cesserunt, vel desierunt, sub. me consolari et invitere.* Desisterunt ab officiis solitus. *Deseruerunt* ab officio humanitatis; vel, à me se aviererunt; vel, *deseruerunt esse*, sive, *non sunt*, vel, *nulli sunt*; non habeo illos amicos. Nemo ad me accedit, ut olī habeat comites, clientes, etc. Non erant tales quales ante fuerant.

Qui mihi notaverant, et noti mei, vicini, propinqui, cognatione vel affinitate, necessarii, vel consanguinei, vel cognati, mei, siccantes me.

Obliti sunt mei, siccantes me; sicut agit, quasi me non novissent. *Obliti sunt amicitarum erga me.*

(Synopsis.)

videntia, quæ nunquam indormit rebus fidulam atque justorum, in eos spem animi sui omnem transfrunt, illos demererit omni genere officiorum conantr, eisdem servient et insidiōse adulantur, neque timent eorumdem causā divinam legem impie et indignè violare. Sed nolite, inquit David, *confidere in principibus, in filiis hominum*, in filiis Adam, oblivious, superbus, nihil curanthus, qui vobis etiam miseric et inimicis illudunt, vos abiciunt, fallant fidem spem frustrantur, ut non sine causa etiam Michas in oraculo quoque suis posuerit, cap. 7, 5: *Non credere amico, non confidere in due.*

Sed demum magnos illos viros et sublimes dignitate interdum ad clientes benevolentia sue oculos addictere, præstare iisdem oper et auxilium, tueri afflictos morentesque recreare; quandiu tandem id futurum est? Sunt enim sibi hominum, hos est, mortales, eodem ē luto compositi, ruinosi. Abiū in fumum lux illa omnis radiantis auctoritatis, pompa illa fulgens opibus atque potentiis ut puerilis bullæ crepat et difflatur, et secundum propheticum dictum, omnium propè corum hominum memoria cum sonitu perit. In his ergo sapienti, et amissi christiane vita omnia dimicentes, fiduciam collocandam petet? Sed nec in fratribus quidem salus aut fiducia est ponenda. Nam, ut in proverbio est, *fratrum quoque gratia rara est.* Unde David quoque non securis ac Job in persona Christi lamentatur, Psal. 63, 9: *Exiranus factus sum fratribus meis, Septuaginta vertunt, quod venit Psalmorum verbum: Quid? Propter redditum: Alienus factus sum fratribus meis.* Et si frater non esset animo alienus, parum tamen aut nihil potest nobis conferre ad salutem, ut idem Psaltes regius alibi testatur, Psal. 48, 8: *Frater non redimit, redimet homo?* Si hoc legendum esse cum interrogatio monet S. Basilius, aliquin repetendat esset negatio de more Scripturae sancta. Est enim sensus, quod cum frater non redimat, multo minus illius homo redemptus sit; quo à fortiori confirmatur quod dicebamus, nullam in hominibus fiduciam esse colloquandam. Ille ergo prudens est, qui in solo Deo spem omnem ponit; nemus hunc fallet, nulli doli evertent, nulla subvertent prudenter. Neque enim ultra comparari divina sapientia potest. Vide plura de his supra, cap. 1, vers. 10, cap. 6, vers. 13, et passim alibi. Eodem etiam spectant que sequuntur.

Vers. 15. — *INQUILINI DOMUS MEA (1) ET ANCILLE MEAE SICUT ALIENUM HARCIERENT ME, ET QUASI PEREGRINUS FUI IN OCULIS EORUM.* Arremosas suam conditio nem amplificat, docetque quām gravia et prorsus indigna patiatur, scilicet inquinolitorum, ancillarum et servorum contemptum. Inquiliini autem illi dicuntur, qui in alienis habitant ædibus, sive simul cum domo

(1) *Habitores, sive habitantes (vel commorantes) domus meæ, vicini domis, hospites et adveni, quibus ius hospitalitatis exhibui.* Intelligo in universum omnes qui in ejus domum se reciperent, vel illi quoquo modo versarentur, sive tamquam domestici, sive frequenter cum eo conviventes.

(Synopsis.)

mino, sive seorsum. Accipiebat igitur Jobus, utpote liberalis ac clemens, in domum suam peregrinos, illisque aliquandiu de rebus ad vitam necessaris commodabat, ut ipsem docuit intra dicens, cap. 31, 32: *Foris non manst peregrinus, ostium meum viatori patui. Sed illi jam ad miseram fortunam redactum neque aspectu dignati sunt cum, quem habuerant officiosum et piūm. Quo facto sane non se Jobi, sed fortuna eius ac temporis amicos fuisse comprobabant. Nam, ut Menander ait,*

*Amico qui assentatur lato tempore,
Non ille amico amicus est, sed temporis.*

Quos merito exercutus Euripides, in Hercule furente dicens :

*Odi hos amicos, benefici canescere
Quia gratiam patiuntur, et de prosperis
Sibi parte sumpta, tristibus se subrahunt.*

Tales rectè hirundines esse dixeris, que, cum hospitiis indulgent, tibi canunt, ac hieme discedunt. Quare, ut Pierius notat, lib. 36, symbolum erant amici infidi, ideoque domo exturbandas aiebat Seneca; et Pythagoras: *Hirundines sub eodem tecto ne habeantur.* Pulchrè ad hanc rem Cicero, vel quisquis auctor ad Herennium, lib. 4: « *Hir und hirundines iestivo tempore presto sunt, frigore pulsæ receperunt; ita falsi amici sereno vita tempore presto sunt, simili atque hiemem fortuna viderint, devolant. Id quod sententioso significavit Siracides, Eccl. 6, 8: Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis.* Eamdemque sententiam varians, et explicans quale sit tempus quod respicit, qui sua, non amici commoda vestimat, subdit, cap. 6, 10: *Est autem amicus socius mensae, et non permanebit in die necessitatis.* Unde ductum illud vulgare et antiquum proverbium: *Olla amicitia Quos lepidi describit Eupolis,*

*Amicos juxta tartagiam, et inter prandium.
Et de quibus Horatius illud verè :*

*Diffligunt cadiis
Cum face siccatis amici,
Ferre jugum pariter dolosi.*

Sic nempe mortales inconstansissime fortuna varietate sequuntur. Accrescent opes; undique advolabunt qui amicitiam ambiant; decrescent; eccleris avolabunt, quām advolaverant, comedones, laundores. Gratia aliquis vale apud reges aut principes ne nomine quidem ante notus? inveniet veteres amicos, quos nec viderat ante, inveniet novos. Excidit gratia? Nec veteres jam amici nec novi sunt, ino moe illi, quales ante erant, hostes sunt. Factum in Petro, qui secundum Domini fortunam secutus, adversari fugit; imo in hac Dominum negavit, et quidem ad ancilic vocem; steterat cum Christo in monte Thabor, inter convivia Zachei, Matthaei, Canae Galilee, in panum multiplicatione, agni Paschalis esu, miraculorum operatione; nimurum secunda haec

erant. Et quis non amet esse mensuram socius? Quis destinatus dominum servus in prosperis? Quis inter fortunata non preferat amici nomen? At ubi aduersa ingruunt, magis si obruum, evolant fortunatum nostrarum amici. Hirundines cogita et ciconias astatis amicas, inimicis hiemis.

VERS. 16. — SERVUM MEUM VOCAVI, ET NON RESPONDIT; ORE PROPRIO DEPRECABAR ILLUM. *Equas calamitatis sua estimator, Jobus merito inter alia que illi gravissima accidebant, servorum, qui tempus ad obsequendum antevertere deberent, insolentiam recentet. Quid enim indignus, quā virum regi dignitate sublimem, cui inserire paulo ante gloriosum ducebatur, eō debali, ut servi vocet ac pectetur, ipsique vel se non audire simulent, vel apertā impudentiā rogantem responso minime dignentur? Fieri quidem potest, ut servus alij regis adit sit contumax, ut dum rex aliud pectipit medio alio servo, aut per internum vel litteras, dissimulet, et non faciat; nullus tamen illi rebellis est, ad quem si rex ipse ē majestatis fastigio et regali curia descendens, aliquid ore proprio blande suavitè pectipiat, non statim illud opere compleat. Erat quidem Job rex quem Isidorus, lib. de Vitā et morte sanctorum, regem Idumeorum, Gaudentius Brixianus, Praefat. Tractat. in Scripturam, regem Arabicę, Casarius, S. Gregorii Nazianzeni germanus, Dialogo tertio, regem Hesitanum appellant; et Pineda nostrarum in c. 5, n. 48, regem regum fuisse dicere posse probat; nihilominus vocavit servum suum non per atriensem quempiam aut servum alium (qui jam illi, quasi nunquam eum cognovissent dominum, alli recesserant), sed propria voce, eaque examinata et flebili ac deprecabundi; qui tamen contra omnem humanitatem et fidem obdūrerauit, neque respexit quem ante in meliore fortuna susperxerat et formidavat.*

S. Gregorius B. Jobum Christi personam ceteris prophetis excellenter expressisse observans, ut qui non tantum verbis, sed et actionibus ac passionibus eum retulerit, signanter hoc loco allegoricō per servum, Iudeorum populum intelligit, quem Deus primū per alium servum, scilicet Moysem, vocaverat et pectipit instituerat, ac denūm ore proprio per Christum Filium suum unigenitum blande suavitè allocutus, quinimō deprecatus est. Hoc itaque in beato Job tanquam in figurā pectesset, quod in Dei Filio completum est, qui verē dicere potest: *Servum meum vocavi, et non respondit mihi; ore meo deprecabar illum.* (Quid enim (inquit S. Gregorius, lib. 14. Moral. cap. 19.) Iudeicus populus nisi servus fuit; qui non amore illi obsequebatur Domino, sed timore servilli? Quā de causā Apostolus eum describit habentem spiritum seruitus in timore, Rom. 8, 15, et 2 Tim. 1, 7. Hunc servum vocavit Dominus, dum quae agenda erant per alium servum, Moysem scilicet, ei intimavit; de quo ipse dixit, Num. 12, 7: *Servus meus Moyses, qui in omni domo meā fidelissimus est; ore ad os loquor ei.* Quam ob causam fidelem servum domini Dei vocavit illum Apostolus, quia que-

Dominus ei dicebat, ut nomine suo pectipet populo, fideliter referebat. Signanter autem pectipit Deus per Moysem, ut unusquisque alterum diligenter; servus tamen ille non respondit Domino. Tunc enim servus, cui aliquid pectipit bene respondet, quando opere complect quod pectipum est. At Iudeicus populus non solum non fuit Domino obsecutus, sed potius illud ore repetebat: *Bilges amicum tuum, et odio habebis inimicum tuum.* Quoniambrem ipsumet Rex regum, quod antea per servum imperaverat, ē regalibus sedibus veniens, et ad servum accedens, ore proprio clarius et expressius pectipit. Aperiens enim os suum manifeste dixit, Matth. 5, 44: *Ego autem dico vobis: Diligit inimicos vestros, q. d.: Ego ipse, qui ante incarnationem meam, per Moysem vobis pectipit, ut inimicos diligenteris, quia id facere recusat, ecce ad vos de colis venio, et dico: Diligit inimicos.* « Bene autem, inquit S. Gregorius, dicitur: *Ore proprio deprecabatur illum;* quia in carne monstrarent mandata vita humiliiter dixit; *et blandi scilicet ac benigni;* et quasi rogans ac deprecans, et magno adhuc pectio agendo prascrispsit; potest dicere quod Joseph, Genes. 43, 12: *Et oculi vestri vident quid os meum loquatur ad vos.*

Mystice item Dominus servum suum vocat, cum justum in aliquā vocatione positum donis ad eam expleandam accommodatis cumulat; servus vero non respondet, cūm dona illa in actionibus suo statui debitis non expendit. Hoc enim est quod dixit S. Gregorius, lib. 14. Moralium, cap. 19: *Vocat nos Deus, cū munieribus prevent; respondentes vero vocationi ejus, cūm dignē juxta recepta numera deserimus.* *Ore suo deprecatur, cūm per prelatos, per quos Deus solet loqui, et cūm per interiores instinctus justum de rebus ad statum ipsius attinibus admonet; qui tamen cūm eas actions non elecit, quasi surdis efficiet, qui utique audiē curaret, si ista peculiaria virtutis opera quanti momenti sint scire.*

VERS. 17. — HALITUM MEUM EXHORRIUIT UXOR MEA (1), ET ORABAM FILIOS UTERI MEI. Ipsa quoque uxorem, quam illi conubialis summae artissimum nexu copularat, usque adē gravem ē sanioso corpore factorem halitumque summa versatam ait, ut ab ipso conspicuēt acerbiter, et filii etiam rotati ad eum accedere detrectarint. Omnia quidem verisimile videtur halitum factido corporis tabescens Jobus cūlibet ad obsequium propriū acceditus fuisse molestissimum; at fontem halitum chartas uxoris et fides conjugalis superare debuerat, quæ lex comunitatē est. Filii quoque debuerant parenti morem gerere, presertim in extremā necessitate constituto, et quod est plenē admirabile, roganti. Verum patientia viri fortissimi sibi exploranda fuit.

Notandum hic non fieri mentionem filiorum ex

(1) Hebr. ad verbum: *Fastidio est uxor mea;* abhorret et refugit meum halitum ob factorem ulcerum meorum et oris mei. Syrus. *Alienus factus sum uxor mea.* (Rosenmüller.)

uxore pectipū susceptorum, ii quippe omnes simul convivantes interierant, ut capite primo dictum est; sed aliorum, qui heredes non erant, quos uxores alias non donui prefectas, sed proli destinate, quas coniubinas Scriptura vocat, ei generant, quemadmodum de Abraham, Jacob et aliis eius statis, aut etiam posteris, viris sanctissimis memorie proditum est; quod septuaginta Interpretes apertō notarunt his verbis: *Et iuvocabant blanditiis filios concubinarum meorum.* Illi observandum illibetrum ingenium filiorum, quos ē concubinis suscepserat.

Allegoricē S. Gregorius, lib. 14. Moralium, cap. 21: *Qui, inquit, uxori Domini nisi Synagoga accipitur in legi fodere carnali ei intelligentia subjecta. Haec vero ex carre est. Sed infidelis populus carnem Domini caranular intellexit, quia purum hunc hominem credidit. Halitum ergo ejus uxor exhorruit, quia Synagoga cum, quem videbat hominem, Deum credere expavit; cūque ab ejus ore verba corporaliter audiret, in eū intelligere divinitatis arcana recusavit, et creare non esse creditit, quem et creatum vidit. Carnis ergo halitum carnalis uxor exhorruit, quæ carnalibus sensibus dedita Incarnationis ejus mysterium non agnoscit.* Sic ille eleganter hec de Synagogā, qua pars Christi desponsata fuerat, intelligit; exhorruit enim Christi halitum, nec ferre illum valuit, cūm doctrinam ejus tanquam injunctionem, et verba ejus tanquam aspera per incredibili in illius odio et invidia non modō non admisit, sed ne audire quidem sine stomacho potuit. Jam vero quis non vehementer obstupescat ejus halitum exhoruisse, de cūque ore ab lebis innumeris oīm laudes decantaverat, cūm diceret, Cant. 5, 45: *Labia ejus lilia distillanta myrram primam, et dulcedo mellis sub lingue ejus.* Sed inde accidit, ut postea ejus halitum exhorruit, quia labia ejus etiā suavisimum spiculare odorem, erant tamen quasi myrra amara. Etenim quae de ore Christi procedebant, illis aspera supra modum et amara videbantur, nec ferre illum poterant, cūm corū superbiā, hypocrisy et avaritiam insinuaret et reprehenderet; nihil sanū illis amarus esse poterat, quācūm ille sic in eorum vita inverheret, Matth. 13, 8: *Hypocrita, bene prophetavit de nobis Isaías: Populus hic labia me honoret, etc.; cūm similes illos seculare dealbatis diceret; cum ex Deo non esse, sed ex patre diabolō affirmaret, et similia. Propterea ergo Christi halitum exhorabant, id est, verba vīte aversabantur et contemnabant.*

VERS. 18. — STULTI QUOQUE DESPICIEBANT ME, ET CUM AB EIS RECESSISSEM, DTRAHEBANT MIHI. Insipientes, inquit, homines me aspernabantur, et licet præsentes non adē effrenatē agerent, absentes tamen mihi obtrectabant. Merito sañū stulti vocantur, qui alium quempiam ē solūm de causā despiciunt quidē in ærumnā incident, cūm aliquid vir sapientiā ac fortis sit; neque culpā tētrā vacare potest ejusmodi viri reprehensio et obtrectatio; quinimō potius ex hoc ipso capite vehementer laudandus, qui justus cūm

S. S. XIII.

sit, peracerham sortem fert, et in medio malorum turbine nihil de virtutum studio, nihil de pietate renilit.

Porrō ille dicendi modus: *Cum ab eis recessissem detrahebant mihi, abjectum et sordidum ingenium detractorum indicat, qui eos, quos absentes vituperant, neque corriperē neque admovere corān audent; genuinae corū imaginē nobis ob oculos ponit David, dum representat nocturnū venatorem, qui arcum manu ferat chalybeum et intentum, nigram autem a latu pectoris sagittis plenam, non decisus aurifera ex arbore, quam poetae in viā ad Acheron ponunt, sed ab ipsiis Erebi lucis, et ē taxo mortiferā decerpit; tum ad picturam horū addit epigramma, Psal. 63, 4: Intenderunt arcum rem amaram, ut sagittis in occulis immaculatum. Quid intelligit per arcum, ostendit, cūm addit rem amaram; S. Hieronymus legi, verbum anarissimum, secutus, opinor Symmachum, qui non rem, sed ἄρχοντα, sermonem, habet, et sic vertit: *Implerunt arcum sum sermone amaro;* sed Vatablus ex Hebreo clarissimē: *Cen tenso arcu amara verba pro sagittis ejaculantur, ut in absconditum innocentem feriant.* Has ergo sagittis lernae sanguine venenatas calumniatorēs et detractores mitunt in occulis, vel, ut verit S. Ililiarius, *in obscuro, fictam personam induunt, verborum involuerit et objectā veluti nube malitiam suam inobscurant;* hoc callida machinatione contendunt, ne videantur aliorum famam et honorem velle minuere, ita ferunt et lacerant in obscuro. Quare Synesius, epist. 44, cūm hoc ipsum vitium insequuntur, obtractores ait ex obscuro vulnus infligere. Quo in loco vir doctissimus meo iudicio respicit ad Thucydidim narrationem lib. 5, quam etiam attulit Themistius, oratione quartā, cūm de suis calumniatoribus queritur: *Eli,* cīquit, occulte in me jacula sua contorquent; velut collin Plateenses, cūm ex oīlōdō noctū fugerent, in Peloponnesos cum facibus insequentes tela ē tenebris conjiciebant.*

Quale autem fuerit de his luminosū iudicium sacri poeta, sic ipse declarat, Psal. 100, 5: *Detrahentem secretō proximo suo hunc persequebar;* ut viperam, ut bellum expertem humauit odi. Tē persequī enim engens quoddam odium significat. Unde quidam ex Hebreo vertunt: *Hunc suicidā, perdam, opprimā ad intercessionē;* ut illius sanctissimā animā zelum intelligamus. Ita Zephyrinus papa, epist. 1, detractores divinā auctoritate eradicando esse pronuntiavit, de quibus plura vide ad vers. 22.

VERS. 19. — ABDOMINATI SUNT ME QUONDAM CONSILIARI MEI; ET QUEM MAXIME DILIGERAM AVERSATUS EST ME.

Conqueritur se ab his etiam, quos ad consilium et reipublica administrationē adhibuerat, quibus se suaque omnia cedererat, et maxime fidebat, contra fidem datam, et jurejurando ex officiū lege firmatam, turpiter desertus, despiciens et odio habitum, presertim ab eo quem maximē dilegebait, quem familiariter tractaverat, quo potissimum in gravissimis regni negotiis utebatur, quemadmodum passim cernimus

evenire, ut regis principis gratia vir aliquis in republica claramus praeter easter valeat, cui rerum maximorum cura credi solet. Iustusmodi autem in rebus praeerit adversus defectio, quando consiliarius fidem principi suam vel maximam probare debet, dici non potest quam acerbo afflictum principis animum vulnere conficiat, quem prudenter et opportuno consilio erigere et consolari oportebat. Similium non inexpectus David amarè queratur, Psal. 57, 12: *Amici mei et proximi mei aduersus me appropinquaverunt et sternerunt.* Symmachus ad propositum nostrum clarius vertit: *Amici mei et sodales mei ex adverso in plaga mea restiterunt;* significans amicos non ausos fuisse propriae accederent ad jundum et consolandum, sed etiæ aliquos accederent, à regione tamen atque à longe stetisse, q. d.: E regione plague mee se stetuerunt, è remotis, et à longinquò, id est, non me viserunt, non propriae conjuncti sunt ad me consolandum: me deseruerunt in meis malis, steternuntque aversi, sive metu sive inhumanitate humanae olicimus ergo me non exercerunt. Idem de singulari suo amico, cui praeter easter plura beneficia contulerat, non secùs ac Job gravius conqueritur, dicens, Psal. 40, 10: *Etenim homo pacis mea, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me supplationem;* de quo item alibi, Psal. 54, 15: *Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuit utique; et si quis oderat me super me magna locutus fuisset, abscondisse me forsitan ab eo.* *Tu vero homo uxantrius, dux meus, et notus meus,* etc. Prudenter sanè monet Ecclesiasticus, cap. 57, 9: *A consiliario serva animam tuam, prius scito que sit illius necessitas (et ipse enim animo suo cogitat) ne forte mittas sudem in terram, et dicat tibi: Bona est via tua; et stet è contrario video quid tibi eveniat.* Ait primò generatim à consiliario servandam animam, non temerari cuicunque arcana peccatoris esse aperienda, nec levitate juvenilis prodendas esse animi voluntates aut committendas resuas, ne à quo presidium expectas, periculum obvenias. Deinde subdit pulcherrimum monitum: *Prius scito que sit illius necessitas.* Primum quādum in consilium adsciscas, quid velit et in tutu cognoscas, an res suas agere velit, et obtenuat magna benevolentia et charitatis, gratae tantum aequapandas et immoderatae commodorum sit velificetur; an ardore cupiditatis invideque, si potes, introspicie. *Et ipse enim animo suo cogitat,* hoc est, forte hoc unum cupit, animo suo bonoque providebat, et ut aperius est in Graco, *ixvñ bñlñvñcñ, sibi consuete.* Egregio ad illum locum Rabanus in Glossa: *Prævidenda est, inquit, consiliarii prudentia, fides, voluntas, religio.* Hæc quatuor sunt dotes boni consiliarii notabilis et omni laude et commendatione predicande, à quibus exulet frus et imprudentia necesse est, et commodorum ex ea et furoris appetitio, que consilium, rem inter homines sacrum, devenerunt. Hæc honoraria quadriga est, et Eliæ digna, que negotia dirigat in eum et atlollat. Si hæc desunt consulentes ornamenta, quid eveniat ex illius con-

silio, quodque immineat periculum. Sapiens ita pergit ostendere: *No forte mittas sudem in terram, et dicat tibi: Bona est vita tua.* Adulatorum pingit, qui blando amicitie umbraculo intectus, dum commodo suo indulget, in alieno periculo nefari impigne ludit. Mittit, inquit, sudem in terram. Stylo Hebreo *sudem* appellatur quidquid nocet, grave et acerbum est, et dolore conciliat. Quemadmodum Ioseph in vetustis monumentis siebat, Deum non delevitè è promissa terra barbaras gentes, ut sint, inquit, *sudes in oculis vestris*, que videbant lumen oculorum et pupillam ipsam feriant, rem omnium charismatam, hoc est molestiarum omne genus calamitatis inferant, nec quietos unquam esse patiuntur. Sed hic propriè mittere sudem in terram, est veluti laqueum ostendere, quem Septuaginta *scandulum*, decipulam, vel etiam stimulon sapè nominare solent, in quos incurentes capiantur et dura perforant. Mittere igitur sudes in terram, vel, ut equivalenti proverbo Septuaginta vertunt, *sors aut aleam*, id est quod dubium objiceret consilium, et cum pericolo conjunctum, quod edere male potest, et danno infortunioque animam affigere. Hoc consilium ut securis, perfidiosus ille homo et imprudens assentimentuca ficta celebrabit nomen tum amictus sapientis gloriam et ingenii splendorem, adéoque fortunam excollet, quasi tali viri nihil non faustè atque feliciter possit evenire; et dicet tibi: *Bona est via tua, divino consilio munitus rem aggredies.* Sed videt astutam vulpeculam, et consiliarii mentem secularem: *Stat è contrario video quid tibi eveniat,* hoc est: Post datum sua temeritatis malitiosum consilium heredit velut è regione, et successum opperiet, ut, quemadmodum ait Hugo cardinalis in Ecclesiastici locum citatum, *qui bene evenierit laudetur; si male, irridetur, et dicent: Non fecisti eo modo quo dixi ibi.* De istiusmodi igitur consiliariis Job et David merito conqueruntur.

VERS. 20. — *PELLI MEE CONSUMPTIS CARNIBUS ADLESTIS OS MEUM* (1), *ET DERELICITA SUNT TANTUM LABIA CIRCA DENTES MEOS.* Postquam se ab omnibus derelictum et exosum fuisse pluribus disserunt, nunc ut sui communis excite, iterum ab oculis ponit extremum sui corporis maciem, quam ait fuisse tantam, ut carne consumpta sola ossium pelle techorum structura remanserit. Illud verò mirum, quod labia tamen absumpta fuerint, quod Satanas, qui tam amplius in Jobi corpus senviendi potestatem accepert, cum membra ejus omnia proprio affectu cruciatu, sola labia perniserint illi immunita. Unde

(1) *Cati mea et cari mea adharet os meum, ossa præ macie enti et carni, quæ undeque exaruit, succo destituta adharet, ut ossa extra cutem extent et prominent;* *marastram id morbi genos appellant Græci, quin, tota corpore succo exhausto, ossa cudi agglutinata cernuntur, vel entis adhaerens ossibus præstidate. Talem maciem depingit Silenus Italicus, lib. 2:*

Jam larida solâ.
Tecta cœte et venter male puncta tremulantibz ossa
Exstant consumptis vîta deformata nervis.

(Rosenmüller.)

nam tanta in impio hoste pietas, ut cum in totum Jobi corpus sevisset, ceteras corporis partes se-vissime percussisset, labis parceret, et os illesum abire siceret? Crudelis hac clemencia est, magis sevit, quia minus sevire videtur. Loquendi enim instrumenta morbo non corrupti, ut liberum loqui Jobus posset, in noxia, in sermones inutiles, in quærelas, et in blasphemias prouumperet labiorum integratae abutens, ut spiritualium divitiarum thesaurum, qui intus latebat, surripere diabolus posset. Solis ergo labis percerit, ut loquendi libertate Jobus in nocturna effundenter, et invaderet illius mentis opes posset, qui alias invaserat et rapuerat. Sed irruens ejus dolor fuit et cassa frus; non labis abutitur Dei athleta, ut in Deum pugnet, sed ut Deum laudet, et diabolum ipsum de sua paraturam repercutat. Scitè Philippus Presbyter, lib. 2 in Job, cap. 19: *Ecce, inquit, agere videtur diabolus, qui ingrediendi in eum non accepterat potestatem: cum jam illum et totum varia crucifixibus consumpsisset, dentes, lingua et labia, que sunt vasa verborum, reservat;* ex his enim fornicatis cordis promptuarii demotstratur, cum nobis sensus intrinsecus constitutos distinctione sue ministerio proferunt. Hæc ergo, inquam, diabolus in eo reservat, ut blasphemiam prolatam ejus ore cognoscat, sed audiat Scripturam dicentem: *In omnibus his non peccavit Job labiis suis.* Hac illa. Vide Satanas perfidiam, qui ruin instrumenta reliquint intacta, et labia non cricat, ut posset Jobum vincere; et si magis a nudis labiis speraret victoriam quam à reliquis delinqüenti instrumentis. Sed nos dum demonis astutias ejusque fraudes audimus, Jobi virtutem imitemur, qui lingua hostem vicit, à lingua victoriam sibi promittentem. Vide hæc fusius supra, cap. 1, vers. 22, et cap. 2, vers. 40.

Septuaginta legunt: *In cette mède compuruerunt carnes meæ, et ossa mea in dentibus harent.* Quæ formidicendi hæc? *Ossa in dentibus harent,* id est, firmatas et fortitudine mea (ut exponit S. Augustinus) in verbis est; scilicet fractus corpore, viribus tamen orationis armatus erat Job. Ubi notandum, quid loco, *labia* Septuaginta dicant *ossa*, ut intelligat orationem conferre fortitudinem.

Allegoricè S. Bernardus, cap. 2 de Passione, locum hunc de Christo in cruce pendente expônens, per *labia* intelligit *matrices*, que, discipulis fugientibus, Christo patiente sole adheserunt. Sed ne fors aliquis in mulierum notam hoc nomen accepit, ut labia dicantur, quia ferè his sexus in sermonem effusior, et nimia garrulitate notabilis est; placet ipsa B. Bernardi verba in laudem illius sexus innotescere, qui in hunc modum rem versat ad nostram mentem: *Et de gentibus non est vir mecum; tanquam intelligendum sit solas mulieres cum illo remansisse.* Viris enim fortioris nature fugientibus, præ timore non fugi mulieris infirmitas, que etiam bajulantes sibi crucem et in cruce morientem non dereliquerunt, sicut per personam Christi conquerentis loquuntur beatus Job: *De-*

relicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Per labia quippe, que exteris sunt membris molliora, mulieris sexus mollis et infirmus, qui solus Christo, discipulis fugientibus, adhesit, figuratur. *Snam hic sexus laudem meretur, quod Christo adheserit, nullaque eum adstantium feritas denecet à Christo suo potuerit;* quia et nunc quoque magis ferè quam viri mulieres patienti Christo compatuntur, et mente crucifixo adherent magis. Felices profectò, si pietate ac sanctitate teneritudini illi respondent, quia in Christi Domini passione volvenda afflicantur. Porrò pellic adhærens ossibus representat eos qui pauperibus indigentibus, nudis, afflicitis præsto sunt, corrumque necessitatibus consultunt. Illi enim tanquam blandæ pelle fovent ossa, per que pauperes et egentes rectè significantur. *Beatus enim qui intelligit super ego et pauperem: in die mala liberabit eum Dominus,* Psal. 40, 2.

VERS. 21. — *MISEREMINI MEI, MISEREMINI MEI, SAMTEM VOS AMICI MEI, QUAM MANES DOMINI TETIGIT ME* (1). Job in extremis angustiis omni prorsus solatio destitutus, in omnem secess versans partem, illud ultimum amicos obtestatur et obsercat, si quid apud eos valit fidei atque amicitie nomen, ut si tandem miseri, aliquam opem aut condolentis animi signum afferrent. Est enim non exiguum ægorum levamentum, cùm fidem amicorum et erga se benevolentiam agnoscent, eo presertim in tempore, cum alia omni consolatione nudi, et intimis doloribus affici, in aliena bonitate conquescent. Seneca, epist. 78, verè et sapienter illud pronuntiat: *Nihil sequè egrum reflect atque adjuvat, quām amicorum affectus; nihil sequè expectationem mortis ac metum surripit.* Quid si de omnibus id amicos et familiaribus dicatur, eviisque tandem

(1) *Ayez pitié de moi, vous au moins qui êtes mes amis; pourrez-vous à vous rassurer de ma chair?* Il appelle encore ses amis, dit saint Grégoire, ceux qui l'accablent par leurs injures, soit afin de les obliger par ce terme de tendresse à user d'une meilleure conduite à son égard; soit pour s'exciter lui-même à regarder leurs injures comme pouvant être utiles à son salut. *Car l'humble doyen des bons, comme parle ce grand saint, peut contribuer à convertir les méchants, en les faisant rentrer en eux-mêmes; et ces méchants doivent être regardés alors comme les amis des bons, en ce qu'ils deviennent bons. Que si, au contraire, la douceur des bons ne peut empêcher qu'ils ne persévérent dans leur malice, ils sont encore leurs amis, quoique malgré eux, en ce qu'ils les purifient par leurs persécutions sans qu'ils y pensent. Bonorum cuncte autem convertuntur, ut redcant; et o ipsa amici sunt, quòd bona sunt: aut in malitia perseverant; et in hoc quoque etiam nolentes amici sunt, qui si qua bonorum delicia sunt, eu suis persecutionibus etiam rescientes purgant.*

Job invite donc ses amis à avoir pitié de lui dans cet état où ils le voyaient tout couvert de plaies, non seulement pour les exciter à lui procurer quelque soulagement dans sa misère par la vue même de l'abandonnement de tous ses proches qu'il leur venait de représenter; mais encore pour les obliger à reprendre les sentiments d'une véritable charité dont ils s'étaient dépourvus, et à se laisser enfin persuader que c'était la main miséricordieuse du Seigneur, et non sa justice, qui l'avait frappé.

(Sacy.)